Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36522
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



fra octo dies eiusdem ypapanti nisi per an
ticipationem pasche. precurrat lxx.

ORDO in purificatione sancte marie.

In ipsa nocte leguntur cantica canticorum
siue omelie ad ipsum diem pertinentes.

De hac festiuitate idem ypapanti domini
et aliis festiuitatibus sancte marie in gestis
pontificalibus legitur quod sergius papa
preceperit letanias fieri in die presenta
tionis domini in templo. Ita enim scriptum
est. ut in diebus annuntiationis domini
dormitationis ac natiuitatis sancte dei
genitricis marie et sancti symeonis quod ypa
panti dicitur grece. cum letaniis exeant a
sancto adriano et ad sanctam mariam populus
occurrat. Ipsa vero die aurora ascenden
te procedit omnis clerus et populus cum leta
niis et antiphonis ad ecclesiam sancti adria
ni exspectantes pontificem. Ingressus
pontifex in sacrarium. induit se uestibus
nigris et clerus similiter. Post hoc accipi
unt omnes singulos cereos de manu pon
tificis. Deinde ex iussu pontificis in
choat scola antiphonam. exurge domine
cum psalmo dominus auribus nostris. Egreditur
pontifex de sacrario cum ministris an
nuens primo scole ut dicat gloriam. De
inceps uadit ad altare et orat usque ad
expletionem glorie. Post orationem oscula
to altari et diacono similiter. Hinc in
de dicit scola uersum. Opus quod operatus
es absque kyriel. Antiphona expleta
stans pontifex ante altare dicit.
Dominus uobiscum. et Oremus. Et diaconus
dicit flectamus genua. si tamen infra
sexagesimam euenerit. Sequitur oratio.
Erudi quesumus domine. Et oratione hac expleta
inchoat scola per uiam antiphonam. Ador
na thalamum tuum. alia. Aue gratia plena.
Item. Responsum accepit symeon. Cum autem
appropinquauerint atrio sancte marie fa
ciende sunt letanie. His expletis ante al
tare et ingresso pontifice in sacrarium
inchoat scola ad introitum. Suscepimus
deus. Ipsa die non cantatur gloria in excelsis deo.
si infra lx. euenerit. Deinde peragatur mis
sa ordine suo. YPAPANTI DOMINI.

De hac festiuitate dicit et beda sacerdos
et doctor eximius in libro de temporibus.
Secundum mensem dicauit numa februo
et plutoni. qui lustracionum potens crede
batur. lustrarique eo mense ciuitatem neces
se erat quo statuit. ut iusta diis manibus
soluerentur. Sed hanc lustrandi consuetudinem
bene mutauit xpiana religio cum in mense
eodem die sancte marie plebs uniuersa cum sa
cerdotibus ac ministris ymnorum modula
cione deuota per ecclesias perque congrua
urbis loca procedit. datosque a pontifice
cereos in manibus gestant. ardentes. Et
augescente bona consuetudine id ip
sum in ceteris quoque eiusdem beate matris
et perpetue uirginis festiuitatibus agere
didicit non utique ob illustracionem ter
restris imperii quinquennem. sed in per
ennem celestis regni memoriam. quan
do iuxta parabolam uirginum pruden
tium omnes electi lucentibus bonorum actuum.
lampadibus obuiam sponso ac regi suo
uenientes mox cum eo ad nuptias superne
ciuitatis intrabunt. Item Ordo.

Finita tercia et cereis ante altare po
sitis dicit sacerdos dominus uobiscum. Sequitur
oratio. Erudi quesumus domine plebem tuam. Tunc